



# Theses argumenti chirurgicii

<https://hdl.handle.net/1874/299909>

THESES  
ARGUMENTI CHIRURGICI.

1912478

THESES  
ARGUMENTI CHIRURGICI,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI ADOLPHI CAROLI ROVERS,

PEIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. ET JUR. ROM. ATQUE HOD. DOCT.,

IN FAC. LITTER. PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

ARTE CHIRURGICA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

**HERMANUS GERARDUS MAES,**

*Amstelodamensis,*


MED. ET ART. OBST. DOCTOR,

A. D. XXVIII M. FEBRUARII, A. MDCCCLXII, HORA VIII DIMIDIATA.

TRAJECTI AD RENUM,

APUD NOLET ET FILIUM.

MDCCCLXII.



# THESES.

---

## I.

In anchylosi extensio violenta articulorum, chloroformylo adhibito, quando desierit inflammatio, maxime commendanda est.

## II.

Assentior Cl. BUSCH dicenti: „*Die beste und kürzeste Behandlung (bei Distorsion und Contusion der Gelenke) ist die Einwickelung des Gliedes mit einem festen, unbeweglichem Verbande, einem Stärke- oder Gipsverbande.*“

## III.

In aneurysmate, antequam ligaturam arteriae faciat,  
compressionem methodicam tentet chirurgus.

## IV.

In carcinomate, ubi fieri potest, operatio instituenda est.

## V.

In trepanatione periostium conservandum est.

## VI.

Non facio cum Cl. GUÉRIN iudicanti de methodo  
operandi labium leporinum: „*Quant aux procédés de  
M. MALGAINNE et MIRault, ils sont extrêmement ingé-  
nieux, mais je n'ai pas vu des résultats, qui m'auto-  
risent à dire, qu'ils doivent être préférés au procédé  
ordinaire.*”

## VII.

Compressio alarum nasi in operatione labii leporini  
facta, ne vulneris orae diducantur, proposito non  
respondet.

## VIII.

Methodus, quae vocatur „TUBAGE,” in angina membranacea reiicienda est.

## IX.

Iniuste censent Cl. GUÉRIN et ROSEN a ligatura arteriae subclaviae sub clavicula abstinendum esse.

## X.

Amputatio brachii supra condylos exarticulationi cubiti anteponenda est.

## XI.

Operatio radicalis hydropsis ascitis per injectionem tincturae iodii improbanda est.

## XII.

In stricturis urethrae curandis dilatatio systematica aliis methodis praestat.

## XIII.

In morbo venereo mercurialia non adhibenda sunt, nisi symptomata observentur, quae luem generalem indicant.

## XIV.

Ad ligaturam arteriae cruralis trigonum SCARPAE loco ab HUNTERO indicato, praferendum est.

## XV.

In fractura patellae, unci, quorum auctor est Cl. MALGAGNE, optimum efficiunt vinculum.

## XVI.

Amputationem sub-astragaleam improbo.

## XVII.

Ad pedis exarticulationem methodus, quam ROUX proposuit, methodo Symianaee praestat.

## XVIII.

Methodus operandi entropion, quam ARLT proposuit,  
improbanda est.

## XIX.

In diagnosi nonnullorum defectuum visus astigmatismus non minoris momenti est quam refractionis et accommodationis vitia.

---

1912 480